

SCHEMA XIII  
NORMAE DIRECTIVAE  
PRO LABORE SUBCOMMISSIONUM

*J. Medina*

GS/14A

1) Ad S.C. 1 seu Centralem spectat tractare de observationibus quae totum Schema vel maiorem partem eius respiciunt, iudicare de ordine et distributione capitum et paragraphorum, invigilare ne irripiant repetitiones vel immo contradictiones, curare de unitate styli et modi res praesentandi. Ad S.C. Centralem accedunt Praesides S.C. particularium, vel omnes vel quidem eorum secundum quaestionem tractandam.

2) Singulis S.C. praeficitur Exc. Praeses, quantum fieri potest ille qui illud munus iam antea explevit. S.C. possunt alios probatos Peritos ad auxilium sibi ferendum advocare. (*no necesariamente "oficiales"*)

3) Singulae S.C. designant inter Peritos aliquem Actuarium qui de omnibus actis scriptam notulam conficiat, post completos labores Secretariae Commissionis Mixtae tradendam. Idem Peritus notulas conscribit pro Relatione de qua sub n.8. (*de entregaran las notas despues de termin. el trabajo*)

4) S.C. laborem suum conficiunt ope schedularum, quae eis a Secretaria traduntur et in quibus propositiones et emendationes Patrum summam referuntur. Inspiciantur, ubi opus est, ipsa documenta a Patribus oblata. Schemata praebentur iam ordinatae secundum materiam. Post expletos labores schemata restituantur Secretariae.

5) S.C. particulares novam distributionem paragraphorum ne inducant nisi annuente S.C. Centrali et rationem servant observationum generalium ab eadem S.C. Centrali transmissarum.

6) Imprimis agatur de quaestionibus quae totum Caput respiciunt; deinde de emendationibus quae integram paragraphum respiciunt; denique de emendationibus particularibus secundum lineas.

7) In casu dubii de utilitate emendationis propositae, praevalet textus receptus.

8) Actuarius conscribat notulas pro Relatione accurata imprimis de quaestionibus maioris momenti, deinde de emendationibus textus. Pro quocumque problemate afferantur systematice rationes et argumenta ad fulciendam unam sententiam, generatim illam quae in textu recepto exhibetur; deinde rationes pro opposita sententia; denique summam describatur status quaestionis exinde resultans. Omnia autem modo omnino obiectivo fiant.

9) S.C. particularis proponere potest solutionem quae ei praeplacet, vel exponere simpliciter statum controversiae. Conclusiones suas, ope Relationis, S.C. Centrali praebeat intuitu necessariae connexionis cum labore aliarum Subcommissionum.

10) S.C. Centralis Relationes Commissioni Mixtae plenariae transmittit, ad decisionem ferendam.

NOTA BENE: Velint S.C. locum, diem et horam suae coadunationis nota facere Secretariae Commissionis Mixtae, in Aedibus S. Marthae, Tel. (Città del Vaticano 698) 4319.

22 Sept. 1965

- 11) *Un equipo biblico*
- 12) *Latinidad*
- 13) *De alguna materia especial*